nominatum sit et prebenda canonicalis in vicem sunt annexi et correspondentia sunt
unius ad alterum ut l. q. in summa et ibi no. in c. saluator et c. si quis
obiecerit Et hoc tenet Hostiensis et Io. an. et Coller. de conces. pre. c. in nostra et
Archidiaconus et Io. an. de p. c. si clericus li. vi et P. clarius / Guill. de monte lau
et Hen. de preben. si mihi i cle. ubi tenet quod quando papa de sua potestate excellenti
dat alicui canonicatum sub nomine siue expectationem prebende que vacat prima
prebenda et sibi confertur eo ipso et per hoc confertur sibi et ille canonicatus
qui sibi vacauit cum prebenda quod ille est per quo prebenda fuit instituta et ad quod
habet correspondentiam et alter desinit esse Exists r. ar. sic ille qui habens
unam canonicalem prebendam in una ecclesia et confertur alia prebenda canonicalis actualiter
et realiter distincta a prima confertur et per hoc nouum canonicatum quod primus cano
nicatus remanet cum prebenda dimissa et ille qui vacauit cum prebenda quam
recipit confertur illam prebendam ut patet ex supius allegatis ergo confertur nouum
beneficium ecclesiasticum realiter et actualiter distinctum ab alio quod dimit
tit ut ex se patet Et inconuenabiliter probatur de conces. preben. c. Inus et de
preben. in cle. si mihi habens igitur unam prebendam canonicalem in una ecclesia
que prebenda est dimissa apparet alia a prima realiter et actualiter distinc
ta per oppositionem ipsius confertur nouum beneficium ecclesiasticum ab alio realiter dis
tinctum Sed illud est notorie contra ius quod aliquis sine canonica institu
tione superioris habeat beneficium ecclesiasticum igitur in ista consuetudine opponens requi
ritur prescriptio xl. annorum de consue. c. fi. ut sit fiunt distinctionem doctorum
Nam aut prebende sunt tituli beneficiales et ecclesiastici et sunt in distincte
secundum earum emolumenta per assignationes capitulares vel aliter inter se distinctionem
habent et per hoc maioritatis et minoritatis in valore prime tamen quod per op
tionem prebende indubie dimittitur titulum beneficiale quem habebat et nouum acci
pitur et tunc ad introducendum consuetudinis opponens necessarium est spatium xl. annorum
quod indubie hec consuetudo contra ius est Secundo tamen quod per optionem nec cano
nicatus nec prebenda ut ipsa est titulus beneficialis quem prius habebat di
mittitur Immo retenta canonicatum et prebenda canonicalis prius habita tantum
et solum prebenda id est certa portionem fructuum canonicatum contingens
assignata et sic sola temporalitas mutatur et in isto casu sufficiunt x. anni
quod istud capitulum habet et nulla repugnantia iuris Et istam distinctionem
in istis terminis facit Hostiensis de consue. c. fi. et in fi. glo. ar. iii. q. i. summa et
all. de rerum permu. Queritur utrum duo canonici in eadem ecclesia possunt
inter se permutare prebendas suas Videtur per distinctionem premissam in secundo
casu sic quod in primo non nisi cum auctoritate superioris sicut ecclesiastica beneficia
permutantur Sed contra probo sic quia nec magnus iure dispositionem nullus potest auctoritate
sua beneficium ecclesiasticum dimittere in quo est per superiorem canonice institu
tus et intitulatus sed optans prebendam vacantem dimittit auctoritate propria igitur ista
optio est contra ius Unde probatur de renunc. admonet et c. quod in dubi
is / consequens ex terminis est notissimum et sic dicit iste non dimittit primam
sed que fuit ea vacare per assecutionem secunde ut in c. all. Inus et c. si mihi
Secundo quia deinde quia non potest quis recipere secundum beneficium per cuius assecutionem
introducitur vacatio primi sine licentia superioris sub quo erat intitulatus
ut in de. c. admonet et c. quod in dubiis et no. vii. q. i. placuit Et
plene per omnes in de. c. admonet et c. quod in dubiis et no. vii. q. i.